

prærogativa gaudet Episcopi: & ratio magis militat in Episcopis, plures enim reperuntur Romæ numero, quam Cardinales, ut notum est, & omne vidimus.

135 Confirmitur, quia Statutum puniens offendentem in domo, non comprehendit offendentem in hospitio; ut pluribus probat Riccio in *praxi fori Eccl'es. decis. 652*. Celsæ de *exemp. Regul. d. dub. 6*. quem communiter sequuntur

136 DD. teste Riccio *sup. num. 4*. Frater meus *d. voto 7. num. 38*. Et an in Statuto puniente offendentem in domo, seu insultantem ad domum, veniat statio seu taberna offensis, & quando? vide Farin. in *fragm. Crim. par. 1. lit. D. num. 232*. Card. Tusc. *eadem Lit. conc. 619. num. 34*. plures apud Barbof. de *appell. verbor. utriusq. her. signif. verbo, domus, 82. num. 4*.

137 Considero præterea, Episcopum extra suam Diocesim commorantem, ratione residentie ad quam tenetur, non posse habitare per modum permanentis, unde clarè intrat dispositio text. in *d. l. 1. §. habitare. ff. de his qui effuderunt, vel detulerunt ibi; habitare autem dicitur vel in suo, vel in conducto, vel gratuito: hospes planè non tenetur, quia non ibi habitat, sed tantisper hospitatur; sed is tenetur qui hospitium dederit: multum autem interest inter habitatorem & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem & peregrinantem, quod idem probat text. in *d. l. penult. §. in factum. ff. Nau. Capon. & stabul. ibi; In factum actione tenetur pro his qui habitandi causa in Capona sunt: hoc autem non pertinet ad eum qui hospitio repentinò recipitur, veluti viator*. Unde cum omnes hi Episcopi veluti viatores sint, qui ad residentie locum item atripere quantocumque tenentur, eorum habitatio, sicut habitatio Regularium in hospitio viventium, que non gaudet immunitate, censetur: ut ex Barbof. & Lezana, juncta sacre Congregationis declaratione, observat Frater meus *Frances d. voto 7. nu. 38*. Que ratio licet considerari non possit in Episcopo Titulari, tamen et hoc privilegium concedendum non est, cum majus haberet quam Episcopi residentiam habentes, quod absurdum esset.*

140 Denique considero, privilegia domorum Episcopaliū, ex communi Doctōrum sententia, quam approbat Palao *d. tom. 1. tract. 1. disp. unica, puncto 6*. extendi ut etiam supradiximus ad casum absentie vel mortis, ergo ratione Palatii Episcopalis, non ratione simplicis habitations Episcopi concessa sunt: ex quo enim Episcopus mortuus est, nulla irreverentia considerari potest in sua persona ratione sanctitatis, cum homo mortuus non sit homo, sicut nec ille

141 in utero est, *l. cum inter 1. 4. ff. de fideic. libert. l. placuit. ff. ad leg. fals. Menoch. conf. 357. num. 9*. Nec ratio indecentie quam consideravit Diana in penetrando interiora cubicula Episcopi, considerari potest; ita non gaudere immunitate dicendum est.

Quibus positis, non obstant fundamenta Diane *d. par. 6. resol. 5*. Non primum ubi asserit privilegium immunitatis concessum esse domui: quare cum verbum sit generale, nec distinguitur, nec nos distinguere debemus; ex *vulgaribus*: præcipue in causa immunitatis. Quibus respondeatur, verba esse intelligenda secundum proprietatem & dispositionem Juris, ut *suprà* notatum reliquimus: quare non distinguimus, sed explicamus: quo casu favor immunitatis non obstat, cum aliis nihil esset disputabile in materia immunitatis, & favor ille considerandus est, quoad injuria fit toti Statui, non alicui particulari, ut *suprà* notavimus.

Non obstat secundo privilegium Ecclesie concessum habito respectu ad Ecclesiam, sed ad ipsum de per se, cum æquè concedatur, magna vel parva interveniente distantia; quod libenter concedimus; verum licet non sit respectu distantie, tamen habitus est respectus in *d. cap. id conseruimus*, ad Ecclesiam & ad personam Episcopi, quatenus ejus est Sponsus, non absolutè, ut Alii docent: nectanta irreverentia consideratur si Satellites è domo Episcopi Titularis, vel alterius extra suam Diocesim commorantis, delinquentem extrahant, aliàs delicta manerent impunita: quod etiam est contra bonum publicum.

143 Nec similiter obstat tertium, familiam Episcopi Titularis

gaudere immunitate, ut sæpius declaravit Congregatio apud Dianam, *dist. resol. 5. versu Tertio, & hoc ni fallor*: Unde cum ex doctrina Gamb. *lib. 4. cap. 3. n. 7*. ex eadem ratione competit hoc privilegium familie ac domui Episcopi, sicut in uno loco gaudere, ita in alio. Cui responderetur: verum esse in familia, que tenetur immediate ad Episcopum, cum pars sit ipsius, sicut porticus &c. sunt partes domus: unde sicut ipse est exemptus, ita etiam ejus familiares: at verò Palatium, five domus Episcopalis solum dicitur illa, que intra Diocesim habetur, cui Jure concessa est immunitas, que non ita adheret Episcopo: atque ita diversa ratio consideratur indecentie, præcipue cum ex declarationibus Greg. XIII. & Sixti V. supra relatis, satis constet hoc privilegium immunitatis restrictum esse in Urbe Roma in Cardinalibus: de quo latè videndus Diana, qui plures *p. tract. 1. ref. 37. & par. 5. tract. 2. resol. 34. & par. 6. tract. 1. resol. 5*. Barbof. de *univ. her. Eccl'es. lib. 1. cap. 4. nu. 80*. Ex quo satis contrarium apparet observari in toto mundo, cum exceptio firmet regulam in contrarium: *l. quæsitum 12. §. 42. vers. demique. ff. de fund. instr. l. 12. ff. de testib. & plura cumulat Thef. locor. Commun. verb. exceptiones, num. 147*.

27. Præterquam quod privilegium, quod habet Episcopus tamquam principalis & Caput, trahi etiam debet ad ejus membra tamquam accessoria & appendices, Gratian. *dist. 340. num. 1*. quales sunt famuli, ut notavit Diana *d. p. 6. tract. 2. resol. 3. ex text. in cap. quantis, de privil. c. licet, eod. tit. lib. 6. aurb. habit. Cod. ne filius pro Patre; ubi privilegio Scholasticum gaudet familiis ipsorum; sicut privilegium Domini extenditur ad famulos: Alber. in *l. 1. C. de Episc. & Cler. n. 4*. & persona exempta Domini, exemptio extenditur ad totam familiam: *cap. 1. de privil. in 6. l. non aliter. ff. de iudic. l. 2. Cod. de Episcop. & Cleric. Unde videmus, quod tempore Interdicti, famulus potest audire Divina, & Missæ sacrificio interesse, dummodo ejus herus Bullam habeat Cruciatam: ut plures apud Dianam *resol. moral. par. 5. tract. 10. resol. 76. & in Compendio, verbo Bulla Cruciatæ quoad reliqua privilegia, num. 78. & 80*.**

Nec mirum, inter hæc Palatia, & habitationem casuali Episcopi dari aliquam differentiam abique absurdo; cum famulis Episcoporum multa sunt permilla que aliis non permittuntur ex text. in *cap. fin. de sen. & re iudic. in 6. cap. fin. de privil. eod. lib. cap. quia periculosum, eod. lib. Guazini de *defens. veror. to. 1. defens. 20. cap. 9. n. 13*. plures apud Dianam *d. par. 6. tract. 2. resol. 3. in fin.* atque ideò non gaudere immunitate extra Palatia Episcoporum Titularium, nec aliorum jura Diocesim commorantium. Quam etiam opinionem tenent Peregrin. de *immunit. Eccl'es. cap. 4. num. 73*. Martius Itala *d. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 19*. Anton. de Martini *Quotidianarum Resol. cap. 180. num. 12*.*

Illud etiam pro coronide adjungere libet, Palatia hæc multum confere ad Majestatem Ordinis, & dignitatis Episcopalis, ex celebri Alphonsi Ciconii loco, qui loquens de donatione Palatii Lateranensis facta à Constantino Melchiadi Papæ, anno 312. ita scribit: *Hoc eodem anno, qui primus pacis Ecclesie post decennium persecutionis illuxit, Constantinus Maximus, Imperator Augustissimus, Lateranenses ades Melchiadi Primario Christiana Religionis Antistiti ad habitandum concessit Imperatori eum cultu dignatus, ne summus Sacerdos inglorius, & solitarius in amplissimo Palatio spatia retur, ut maiorem illi honorem, & gloriam impartiretur quam haberent quæstorum Collegiorum Antistites*.

Cur majestati congruit etiam honorificentia, quam Episcopo venient ad suam Cathedrali debet exhibere ejus Clericus nam Canonici ipsi debent obviare eum, & honorificè eum suscipere, ut pluribus resolvit Riccio in *decis. aures. qu. 3. decis. 25*. ubi limitat nisi Palatium distaret tanto spatio ab Ecclesia Cathedrali, ut indecorum esset Canonicos pedibus per vicos, & plateas progredi: ubi *num. finali* ponit exemplum in obligatione interessendi processionibus, quam majorem & strictiorem esse nemo dubitat, cum allocatio Episcopi respiciat servitium; secunda verò hominis obsequium erga Deum, & tamen si per dimidium milliare distet à loco, non tenentur accedere, non obstan-

obstante quod nullus excusetur regulariter à processioneibus ex *declaratione sacre Congregationis*, apud Riccium quem videas.

137 Ultra habitationem Episcopi, tria loca publica necessariorum habere debet, quæ à Legalatoribus summopere commendantur. Primum est, locus ubi negotia expedienda sunt: Secundus est locus ubi Jus dicendum est: Tertius est, carcer pro custodia reorum: de quibus omnibus videndus Bobadilla in *palatia lib. 3. c. 7. & 8*. de primo, *instit. lib. 2. c. pen. & final. ubi de secundo & tertio*. Quibus positis, tanta debetur his Palatiis reverentia, ut non solum gaudeant immunitate ex supradictis, verum etiam Episcopus possit punire quoscumque etiam sibi non subiectos & exemptos ibi delinquentes; ex his, que latè docet Cochier *de herisdic. Ordin. in Exemp. p. 2. qu. 45. per totam*: limitando tamen ad casum, in quo in flagranti delicto inveniantur, prout ibi latius.

139 An autem translata Cathedra Palatium Episcopi amittat privilegia? vide que diximus *sup. cap. 7. nu. 116*. vide etiam in simili casu ibi, *num. 62. & 86*.

CAPUT XXX.

De Ecclesiis Cathedralibus Exemptis.

S V M M A R I V M.

Exemptionis definitio, 1. 6. 9.
 Exprimi actum Superioris subducentis aliquem à potestate ordinaria, 2.
 Exemptio relata ad Principem, quid significet, 3.
 Eximere idem est ac auferre, 4. & seqq.
 Exemptionis etymologia, 5.
 Exemptio, & libertas sunt inseparabiles, 6.
 Exemptionum origo, 7. & seqq.
 Pater quando emancipare cogatur filium propter sevitiam, 8.
 Et Dominus servum, 9. 89.
 Dominus quando privetur servo propter sevitiam, 10. 89.
 Et Dominus respectu vassalli exemptus, 11. 89.
 Privatio an sit pro se & successoribus, 12.
 Superior quomodo debet tractare inferiores, 13.
 Exemptio quare inventa, 14.
 Quid operetur, 15.
 Exemptio debent esse Acephali, ibid.
 Exemptio magis proprie convenit Cathedralibus, 16. & seqq.
 Canonici sunt Fratres Episcopi, 17.
 Cardinales sunt Fratres Summi Pontificis, 18.
 Canonici faciunt unum Corpus cum Episcopo, 19.
 Corpus quando possit separari à Capite, 20.
 Subiectio Canoniorum magis est filialis quam servilis, 21.
 Exemptioni Canoniorum an resistat Jus, 22.
 Ex Canoniorum negligentia, Episcopi soli cognoscunt de causis Canoniorum, 23.
 Episcoporum potentia, amissa fuit Iurisdicção Archidiaconorum, 24.
 In Tridentino non fuit qui pro Ecclesiis Cathedralibus responderet circa Iurisdiccionem, 25.
 Privilegium non dicitur nisi aliquid particulare concedat, 26.
 Privilegium, & exemptio ledunt Jus commune, 27.
 Exemptio quare concedenda sit Ecclesiis Cathedralibus, 28.
 Ratione exemptionis Cathedralium, Fides securus defenditur: ut tempore Lutheri versus exempla probant, 29.
 Consilium debet esse liberum, 30.
 In eo prebendo potius debet respecti ad Deum quam ad Principem, 31.
 Modeste debet dari, 32.
 Consiliarius servus melius prebet consilium, 33.
 De castigatione divina malorum Consiliariorum Regum, ibid.
 Exemptiones solum potest concedere Papa, 34. & seqq. 41.
 Et Pape approbati, 35. & debet esse in forma specifica, 39.
 Legati de latere, vel alii inferiores, nequaquam, 36.
 Vbi indulgentia Pontificis requiritur, non sufficit indulgentia Legati, 37.
 In generali facultate Legati non continentur casus reservati Pape, 38.
 Frances de *Eccles. Cathed.*

Archiepiscopus non potest eximere etiam in casibus in quibus illi subest Episcopus, 39.
 Inferiores possunt eximere precedente transactione, & accedente confirmatione Pontificis: & successores affecti, 40.
 In Civilibus Imperator eximit, 41.
 Depotestate Papa circa exemptiones dubitare nefas est, 42.
 Papa an possit eximere, itant nec ipsius Pontificis subiciantur exempti, 43. & seqq.
 Papa non potest ligare manus successoris, 44.
 Papa in casu particulari potest privilegiare eximendo à se, 45.
 Exemptus à Papa videretur exemptus à potestate Dei, 46.
 Papa non potest à se abicere Claves, nec sibi manus ligare, 47.
 Maxime in prejudicium successoris, 48.
 Privilegiatus à potestate Papa excommunicatus est, 49.
 Locustæ sine Capite & Rege gubernantur, 50. 98.
 Talis exemptus feret similis locustæ, 51. 54.
 Membra à capite non possunt dividi sine ipsorum corruptione, 52.
 Si aliquis possit eximi à potestate Papa, non verificaretur, ipsum esse Caput totius Ecclesie, 53.
 Clerici non debent esse sine alicuius Episcopi disciplina, & quare, 54.
 Apes gubernantur ad instar Monarchie, 55.
 Articuli si sentantur super exemptione à Papa, reiciuntur, 56.
 Acephalorum damna in Ecclesia, 57. & seqq.
 Acephalorum heresis, 58.
 Quare sic appellati, & eorum errores, ibid.
 Initium huius heresis, & Auctores, & qui tandem illam secuti fuerunt, 59.
 Monarchia Ecclesie quantum importet, 60.
 Quare aptius sit gubernum Monarchie, ibid. & seqq.
 Ecclesia inferior potest prescribere contra Papam & Romanam Ecclesiam, 62.
 Non in omnibus, 63.
 Acephali an dicantur qui gubernantur per Aristocratiam, vel Democratiam, 64. vel qui Capitulo Cathedralis Ecclesie subiciuntur, ibid.
 Gubernum sine Capite, vel sub duobus Principibus, pariter periculi est, 65.
 Prima Sedes a nemine indicatur, 66.
 Papa cause soli Deo reservantur, 67.
 Finis exemptionis qualis, 68.
 Libertatis immo detate damna & pericula, 69.
 Exemptio supponit subiectionem, 70.
 Exemptio Abbate, Abbatia presumitur esse in Diocesi, 71.
 Exemptum esse, & esse extra Territorium, idem sunt, 72.
 Papa est Iudex exemptionum tam Ecclesiasticorum quam secularium, 73.
 Exemptio ex urgentissimis causis conceditur, & quare, 74.
 Exemptiones quare in desuetudinem abierant, & quando iterum concessæ fuerunt, 75.
 Exemptiones Sanctis Bernardo & Francisco displicerunt, 76.
 De facili non sunt concedende, 77.
 Earum damna, 78. & seqq.
 Benignitas magis prodest quam rigor, 79.
 Exemptiones subito declinant in perniciem, ibid.
 Exempti plura presumunt, que maxima damna afferuntur, & que, 80.
 Abusus an plures sequantur ex Exemptione, quam ex subiectione, 81.
 Cathedrales quare plures exempti reperiantur, 82.
 Exemptiones ex quibus causis concedantur, ibid. & seqq.
 Voluntas Pontificis est causa exemptionis, 83.
 Item honor & reverentia circa Sedem Apostolicam, cuius interest habere proximos subditos, 84.
 Exemptio sit gratia exemptoris, & quare, 85.
 Gravamina illata ab Episcopo sunt causa exemptionis, 86.
 Religio quare exempti fuerunt, 87. 99.
 Gravamen quale debet esse ad impetrandam exemptionem, 88. & seqq.
 Sevitia atrox, vel levis, qua dicitur, 89.
 Litis ratione quando datur exemptio, 90. 100.
 Talis exemptio debet esse personalis, 91.
 Et causa debet dici in Signatura, 92.
 In exemptione personali non permittitur, sed suspenditur Iurisdicção, 93.
 Timor litium an sit causa exemptionis, 94.

Exempti plena exemptione, non tenentur ad reverentiam, 310.
 Exempti non tenentur ad obedientiam, 311.
 Exempti non impediunt visitationem, & quando contra, 312.
 Exempti potest esse ratione unius, & non alterius rei, 313.
 Exemptus potest compelli ad solvendum charitativum subsidium, & collectam ratione subiectionis debitam, vel quando negotium celere expeditionem requirit, 314.
 Exemptus quando possit ad se abdicare visitationem, 315.
 Archivium Ecclesie Cathedralis an possit visitare Episcopus, 316.
 Prescriptionem a visitatione non sufficit allegare, 317.
 Re iudicata, concordia, vel Statuto, acquiritur Exemptio, 318.
 Exemptio non est trabenda extra suos terminos, 319.
 Observanda est stricte, ut nec minima syllaba deficiat, 320.
 Operatur contra eum qui habet ius speciale, 321.
 Necessario includit preiudicium, & quare, 322.
 Loquens per verba universalis, intelligenda est ac si loqueretur in quo cumque casu speciali, 323.
 Exemptio de qua in cap. 1. de privil. in 6. specialis est, 324.
 Exemptionem a numeribus gaudent coloni Cardinalium, & Mensa Episcopalis, & quando e contra, 325.
 Gravari quando dicantur Ecclesiastici ex exemptione solvendi, 326.
 Proprie interesse communi communicatur privilegium, 327.
 Mulier peccans cum Clerico gaudet privilegio, ut conveniatur coram Iudice Ecclesiastico, ibid.
 Exemptio translativa similis est Papali, 328.
 Exempti non comprehenduntur in contributione, 329.
 Eo casu debent probare exemptionem, 330.
 Exempti non possunt excommunicari inconsulto Papa, 331.
 Exemptus solvens potest repetere, 332.
 Cathedralis tenetur solvere Charitativum subsidium Episcopo, 333.
 Secus in Cathedralibus exemptis, 334.
 Exemptio revocata non tollitur rei iudicata, 335.
 Quando dubitatur de Immemoriali quid faciendum, 336.
 Observantia an probetur ex actibus negativis, 337.
 Exemptio tollens consuetudinem, & Statuta, non est frustratoria, 338.
 Devolutio in Ecclesiis exemptis fit ad Papam, 340.
 Beneficia in his Ecclesiis non possunt renunciari coram Ordinario, 341.
 Translata Ecclesia exempta an amittatur exemptio, 342.
 Episcopus per exemptionem Ecclesia an amittat ius quod in ea & in Clericis eiusdem habebat, 343.
 Sacularizata Ecclesia, an amittatur exemptio, 344.
 Quid sit ereditas ad Regularitatem, 345.
 Quid sit ereditas in Cathedralibus, 346.
 Collegia erecta in Cathedralibus amittit privilegia, 347.
 Ius patronatus non deperditur ex eo quod Ecclesia mutatur, 348.

Exemptio venit a verbo eximo, & est quedam liberatio, editio, seu ablatio a Jurisdictione inferioris, a Papa, ut supremo Ecclesie Capite & Pastore concessa, secundum Donatum de Regul. par. 2. tract. 13. de Exemptione Religiosorum, quest. 1. num. 1. Flamin. Patium de reg. benef. par. 1. lib. 4. quest. 11. num. 13. plures apud Cochier de Jurisdic. Ordinarii in Exemptis p. 1. quest. 1. num. 3. Vel est quadam libertas, qua eximitur homo a Jurisdictione & potestate inferioris, ita ut remaneat vel soli Papae, vel alii Superiori subiectus: ita ex Sylvestro docet Raggius de regimine Regul. cent. 2. dub. 111. Unde exemptio exprimit actum Superioris subdicens a potestate inferioris subditum, Patientem violentiam, ob qua iuste subducitur: leg. sed eximendi. ff. ne quis eum qui in ius vocabitur: de qua late Fatinius in praxi Criminali. quest. 114. ex num. 86. Seraph.

in recent. par. 3. decis. s. v. v. 16. ex num. 16. Relata vero ad Principem, significat privilegium, quod quis extrahitur, prout ita sumitur in cap. recipimus, de privil. cap. 1. c. auctoritatem, cum seq. eod. tit. lib. 6. juncta Clement. 1. eod. tit. prout ita ratiocinatur Lotterius de re benef. lib. 1. cap. 23. n. 1. Idem ergo est eximere ac auferre, sumpta etymologia ab, ex, & emo; & generalius verborum est quae in origo: Et ipse enim est de manibus auferre per raptum; eximere vero quoquomodo auferre: l. Sed & eximendi, ff. ne quis cum qui in ius. 5. Unde eximere ex Reis, eximere ex arariis, & alia reperitur apud Jurisconsultos in l. Sed & si. s. actio exempta. ff. ex quibus causis maiores: l. ergo, l. velati, ff. de servit. rust. prior. l. qui saxum, ff. de donat. & ex Budao notat Cochier supra nu. 18. & ea ratione Exemptionis & libertatis iura adeo sunt conjuncta, ut separari nequeant, tam in Superiore, quam in subditio: Rota dec. 456. num. 14. par. 5. recent. de Rub. tom. 2. pag. mihi 92.
 Origo vero harum Exemptionum a patria potestate, exordium sumpsit, exemplo Emancipationum, Manumissionum, & privationis domini directi vel jurisdictionis vassallorum, scholarum, &c. Sicut enim Pater iniquus fvens ultra modum in filium, eum emancipare cogitur, l. 1. s. d. spiciamus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, cum aliis: Romanus conf. 37. in princ. Cardinalis Tusc. lit. E. conclus. 594. num. 6. Dominus Servum manumittere, l. si siemens, Cod. de Episcop. audien. l. fin. C. de spectaculis, lib. 11. & Dominus privatum feudo, ut pluribus exemplis probat Cochier dist. quest. 1. num. 12. & 13. Donatus supra, quest. 3. quae doctrina intelligitur, ut tantum procedat privatio & exemptio ab illius potestate & jurisdictione respectu vassalli oppressi, non vero aliorum, quando oppressio est particularis, non generalis: ex text. in l. unica, C. si quacumque praed. pot. ibi: Licet per persona quam inuisioni ambuit circumvenire tentaverit, confestim contestatione proposita, cum sua, suorumque dono Jurisdictionem eius evitare. Cui addendus est Grammaticus dec. 104. num. 2. Cum enim Dominus diseret per Moysen; Ne elevetur cor Regis in superbiam super fratres suos, & Ecclesiastici 32. Retoremte posuerunt, nolii extolli, sta in illis, quasi unus ex eis: id eo privandus est Jurisdictione, & concedenda Exemptio: ut pluribus resolvit Navarius de Gravaminibus vassallorum, gravam. 213. nu. 3. nam cum Exemptio eo tendat, ut personis sub umbra Eximentis degentibus conservetur pax & quietus, quae est finis exemptionis a metu vexationum, cap. quomodo sit necessarium, cap. l. imino, 18. q. 2. haec vero quies nequaquam consideranda est ut libertas, quae solvat ab omni iugo, ita ut exemptus dicatur Acephalus, id eo subductio debet esse ab uno, & subiectio alteri, ne contingat aliqua membra siue capite reperiri: contra text. in cap. non liceat, de prescriptionibus, videndus Parreja de Instrum. editione. tom. 2. resol. 6. speculatione 2. nu. 221. & seq. & latius infra.

Supradicta ergo magis proprie convenire Ecclesiis Cathedralibus, quam aliis, ex eo deducitur: nam cum Canonici dicantur fratres Episcoporum, cap. quanto, de his qui sunt a Prelat. sicut & Cardinales fratres dicuntur Summi Pontificis, c. Fundamenta, s. docet, de elect. in 6. & faciunt unum Corpus, cap. novit, de his qui sunt a Prelat. Saravia de Adm. qu. 1. num. 18. & 29. merito separandi non sunt: cum non liceat Corpus a Capite separare: cap. cum non liceat, de prescriptionibus, cum aliis. Veram causa interveniente, majori cum ratione exemptio debet concedi, ex quo subiectio magis filialis quam servitii debet appellari; ut post Valenzuelam conf. 43. nu. 121. Scacciaum de appellat. quest. 5. par. 1. num. 54. tradit Saravia quest. 12. num. 27. atque id eo Episcopo abutente sua Jurisdictione, exemptio concedi potest: in qua non resistere Jus saltem ad hoc ut Jurisdictione Capituli sit communis cum Jurisdictione Episcopali ad cognoscendum de causis Canonicorum, late probat Saravia, dist. quest. 1. per totam, praecipue num. 22. auctoritate Panormitani in cap. generaliter 2. num. 6. de accusat. juncto Sbrozio de officio Vicarii, lib. 2. quest. 5. num. 14. qui afferunt Canonicorum negligentia factam fuisse, ut Episcopi soli absque Canonicorum interventu Jurisdictionem exerceant: quod

quod antea in Jurisdictione Archidiaconorum amissa, deplorat Barbof. tract. de Canonicis, cap. 5. num. 8. cuius verba illidem characteribus reperitur ab eodem repetita tract. de univers. lib. Eccles. lib. 1. cap. 24. num. 8. & talia sunt: Sed cum hodie ipsorum Archidiaconorum incuria vel imperitia, seu Episcoporum potentia omnis penes Jurisdictione extinguita sit, nec in tota Hispania unus reperitur Archidiaconus, qui totam loris communis retineat potestatem, &c. & hac eadem de causa in sancta Tridentina Synodo privilegium Adjunctionum concessum fuit Canonicis, ut ait Piascus in praxi Episcop. 2. p. cap. 2. num. 9. dum ait: Beneficium (loquitur de Adjunctis) emanasse in recompensam aliarum facultatum Jurisdictionum, quibus Cathedralium Capitula gaudebant, & quibus prescis, & neotericis, in Italia multa Capitula non gaudent: ut testatur Zerola in praxi, verbo Capitulum, s. 8. Non enim in Concilio Tridentino fuit qui pro Capitulis Ecclesiarum Cathedralium responderet: id eo eorum Jurisdictione fuit limitata: teste Navarro conf. 3. de offic. Ordinar. quem sequutus fuit Saravia dist. quest. 1. num. 22. & 23. Ideoque facilius haec privilegia concedi possunt: licet enim privilegium privatae legi dicatur, nec possit dici tale nisi aliquid particulare concedat, cap. in his que ad cultum, de privil. ut tractat DD. in l. fin. C. de inoffic. testam. & in l. Divinus. ff. de usu & habi. juncto text. in cap. Abbate, de verbor. signific. & pluribus docet Donatus de Regul. tom. 1. tract. 2. de natura privilegiorum: nec sine latione & vulneratione Juri communis Exemptio possit concedi ex natura privilegii, quod proprie dicitur illud quod Jus commune vulnerat, & contra publicam utilitatem conceditur: ut post Jason. in l. ult. num. 27. de Confir. Princ. Surdum conf. 140. num. 4. & 14. tenet Rota. de re benef. lib. 1. quest. 23. num. 3. hoc casu maxima cum latione concedi possit; nec enim alio modo libertas daretur in Capitulo resistendi Episcoporum potentia, & ab ipsius iura & voluntate profusus penderet: quod licet maxima Dei misericordia & sancta Tridentini cura, & dispositione homini non facile accidere possit; tamen illis temporibus bis accidit, & hodie ubi non est admissum Tridentinum, idem periculum (quod Deus Optimus Maximus avertat, horret enim animus talia proferte,) accidere potest; prout temporibus Lutheri impudentissimi haereticarum referit in terminis Richardus Hallo Canonicus tract. de quinque partibus Concilii. in praefatione ad Archiepiscopum Ameracum. cuius verba transcripsit Saravia de Adm. dist. quest. 1. num. 47. quae hic apponere libuit, & talia sunt, loquendo enim de his Exemptionibus, ita ait: Verbulum nostrum, atque alterum inferre volui de Exemptionibus; quas ego olim invenis novitio quodam spiritu ductus, omnes in universum tollendas esse censui: nunc autem re melius accurratius perpenfa, non ut Lycurgus apud Lacedaemones vites esse abolendas, sic Exemptiones istas tollendas esse iudico, sed cum Solone apud Athenienses, qui iussit vitem colere, & fontem adducere propriis, Exemptiones suo loco atque ordine esse volo. Ut autem melius sentirem de istis Exemptionibus, movi me in primis duorum Capitolum Illustrum, Colonienfis in Germania, & Bellovacens in Francia contra suos Episcopos, Hermannum Colonienfis & Cardinalium Castellionem Bellovacen. hereticos ambos, constantia, & fides; quibus in suas Ecclesias novam doctrinam introducere molentibus tam egregie resistenter in faciem, ut nihil illa, cum essent magna ex parte libera a Jurisdictione Episcopali, fortiter se eis opposuissent, Catholica fides in his locis iam nulla esset. De quibus, id est de Hermanno Archiepiscopo Colonienfis ob eam causam haeretico declarato, & Sede Archiepiscopali pulso, primum sapie admonito, & a Carolo Quinto Imperatore & Hispaniarum Rege Catholico revocato & reducto, postea relapso, & a Paulo III. condemnato, pluribus videndus Eminentissimus Cardinalis Sfortia Palavicino in Historia Concilii Tridentini lib. 7. c. 1. juncto lib. 9. cap. 19. Nihil enim salutarius Reipublicae, & Principi, quam libertas in consilio praebendo: de quo, & de damnis gubernationi & bono publico immimentibus ex contrario, videndus eruditus pro more Solorzano Emblemata. 49. ex num. 45. cum pluribus seq. boni enim Capitulares, sive boni Consilarii, illi sunt qui non timent magis Principem quam Deum, id eo eos leu-

per charos habuit Alfonso Rex Aragonum, ut pluribus tradit Solorzano num. 56. Quod tamen modeste debet fieri, nec nimia libertate aut dicacitate ceteros increpare videantur: quia nimia & immodestia correctio exasperat: videndus latus Solorzano ex num. 57. videndus etiam S. Isidor. Pelusiora lib. 4. Epist. 145. & de materia latet & doctet idem Solorz. de Indiar. var. tom. 2. lib. 5. cap. 27. ex num. 62. de quibus & de convenientia exemptionis in Consilio, ut liberet possit suffragium dare, videndi plures quos in terminis adducit Saravia de Adm. dist. quest. 1. num. 44. & seq. & de divinis supplicis adversus malos Regum Consilarios videndus Svelves Semcenturia 2. conf. 41. ex num. 7. & sequentibus.

Patet ergo ex dictis, Exemptionem concedere, ad solum Romanum Pontificem pertinere, non solum in quacumque, ut testatur Donatus d. tom. 2. tract. 13. q. 4. sed specialiter in Cathedralibus: ut in terminis nostris probat Cochier d. p. 1. q. 3. ex n. 15. & q. 6. n. 13. ac proinde Papae approbatio potest eximere sola a Jurisdictione Ordinarii, Rubens tom. 5. p. 2. decis. 566. n. 12. pag. 285. taliter quod nec Legatus Latere, nec alii cuiquam competere possit: Donatus d. q. 4. & in Legato de Latere est optima decisio Millini 48. n. 3. ex ratione adducta a Cochier d. p. 1. q. 5. n. 13. nam cum Exemptio sit de reservatis Papae, ac propterea Apostolicae Sedi competat, ut probat late Lotterius d. q. 23. ex n. 34. in his in quibus requiritur indulgentia Pontificis, non sufficit indulgentia Legati, Clement. per literas, de praebendis, juncta Clem. Quia contingit, s. 1. vers. Apostolica, de relig. domib. nec in generali Legati commissione transeunt casus referantur Papae, Cochier supra, d. n. 13. Lotterius ex n. 55. & multo minus Archiepiscopus potest eximere etiam de consensu Episcopi, in quibus Episcopus subest: cap. Cum inter, de re iudicata: Cochier sep. ex n. 1. Unde ut exemptio ab inferiori data subsistat, confirmatio Summi Pontificis requiritur, quae in forma specifica, non in forma communi debet dari: proindeque licet inferiores non possint concedere exemptiones, possunt tamen accedere auctoritate Apostolica procedente transactioni, quae si a successore approbata fuerit in ingressu, maxime valet & observanda est, afficitque omnes, ita ut confirmatione Pontificis: ex text. in cap. Veniens, de transact. Franciscus Tondutus de Saulegio in qu. & resol. benef. 1. p. cap. 62. & n. 3. Sicut ergo in Civilibus Imperatori competit eximere, ex tit. C. de his qui a Principe vacationem munerum acceperunt, lib. 10. Ita in Ecclesiasticis, alii non licet quam Papae: ex text. in cap. Dudam, de Decimis: c. Bene quidem, dist. 96. c. Ecclesia Sanctae Mariae, de Constit. Frater, 1. q. 1. cap. Lamingo, 18. q. 2. Donatus d. r. 1. q. 3. & latius qu. 4. & innumeris relatis Reggii de regim. Regul. centuria 2. r. 2. dub. 111. concl. 1. & concl. 2. num. 2. dubitare autem de potestate Papae in materia Exemptionis nefas esse dixerunt Achilles de Grassis dec. 15. de privil. Tondutus d. cap. 62. num. 6.

Sed quia diximus exemptionem esse de reservatis Papae, consequens est ut videamus, an aliquos ita possit eximere, ut nec ipsi Romano Pontifici subiecti sint? In quo negative respondeas: nullus enim potest per gratiam de se factam manus successorum ligare, cap. Innotuit, de elect. cap. fin. de sentent. excomm. in 6. argum. text. in cap. 1. de concess. praeb. in 6. juncto Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. §. 2. proam. ex n. 17. cum seq. & in terminis Cochier par. 3. qu. 2. n. 21. Unde licet quoad aliqua possit contra se privilegiare extendendo videlicet a procreatione, juxta text. in cap. Cum instantia, 17. de censibus, ubi Doctores; tamen quoad omnia non potest estimere: quia hoc modo a potestate Dei eximeretur: ut cum Innocentio & Felino. docet Cochier p. 1. q. 3. m. 15. & 16. & cum non sit in potestate Pontificis abjicere a se Claves, & sibi manus ligare, juxta text. in d. cap. Innotuit, de elect. merito tale privilegium nec quoad se, nec quoad successores concedere potest; non in praedictum ius, ex ratione dicta; quia videlicet eo modo abjicere a se Claves, ac sibi manus ligare, quod Papae non licet: d. cap. Innotuit, & cap. fin. ubi Gloss. de rescript. m. 6. Gloss. in cap. fin. de sentent. excomm. in 6. Barbof. in Passor. allegat. 50. n. 14. nec minus in praedictum Successorum, cum par in patrem non habeat

Mortuum Exemptorum, servitia erga Sedem Apostolicam, causa sunt exemptionis, 95.
 Quis, seu requis Exemptorum, ut Deo valeant liberis inferre, est causa exemptionis, 96.
 Profectio Sedis Apostolicæ quietem inter subditos operatur, 97.
 Membra non debent esse sine capite, 98.
 Exemptionis Regularium quæ causa fuerit, 99. 87.
 Propter licem non datur exemptio nisi ostenso processu, 100.
 Licet non debet esse affectata, 101.
 Exemptio datur propter sevitiam post licem motam, 102.
 Exemptionum species, 102. 107. & seqq.
 Exemptio in quo consistat, 104.
 In exemptionibus non datur diversitas substantiæ, ibid.
 Gradus exemptionis, quot sunt, 105.
 Plena exemptio que dicitur, 106.
 Exemptio realis, personalis, & mixta, in quo consistant, 107.
 Exemptio una est perpetua, alia temporalis, 108.
 Temporalis potest esse etiam si Dignitati concedatur, 109.
 Officium debet esse verum ut exemptio concedatur, 110.
 In dubio exemptio realis indicatur, 111.
 Exemptio personarum non includit exemptionem Ecclesie, & quare, 112.
 Exemptionis realis, & personalis differentie, 113.
 Exemptio quando realis, vel personalis indicatur, 114.
 Exemptiones alie sunt generales, alie speciales, 115.
 Exemptio alia est pura, alia absoluta, alia mediata, 116.
 Assumptum huius Capituli colligitur, 117.
 Exemptio partialis præsupponit ius universale penes alterum, 118.
 Exemptus potest esse locus, & non persona, 119.
 Ex observantia declaratur qualis sit exemptionis, 120.
 Exemptio realis, quos casus non includat, 121.
 Personalis semper per personam comitatur, 122.
 Individua dicitur, 123.
 Episcopus habet intentionem fundatam à Iure in tota Diocesi, 124.
 Exemptionis materia odiosa, & stricte interpretanda, 125.
 130. 171. 185.
 Exemptio Ecclesie, & subiecto soli Papa, res magni momenti, 126.
 Privilegium firmum habetur ubi aliquid operatur, 177.
 Tenor privilegii attendendus, 128. 230.
 Quod non continetur in exemptione, Episcopo reservatur, 129.
 Privilegia contenta in exemptione stricte interpretanda, 130. & seqq. 171. 181.
 Privilegium pro se, & rebus suis, de quibus intelligatur, 131.
 In exemptione ea interpretatio sumenda est que minus ledat, 132.
 Exemptio exaudienda, non expandenda, 133.
 Privilegia prævaricari non debent, 134.
 Sufficit quod exemptio respectu unius operetur, etiam si plures partes continent, 135.
 Derogatio Concilii in exemptione Decimarum quomodo intelligenda, 136.
 Exemptio non includit locum non exemptum, & quando contra, 137.
 Exemptio à Decimis præstaudis pro fructibus cultis propriis manibus, quos fructus comprehendat, 138.
 Exemptio à Decimarum præstatione non transit in Arrendatorem, 139.
 Nec extenditur ultra casus ibi expressos, 140.
 Exemptio Familiarium Principis observanda ubi Princeps residet, 141.
 Clausula pro se & familiaribus, veros familiares comprehendit, 142.
 Exemptio personalis non suffragatur commissio delicti sub iurisdictione alterius, 143.
 Non comprehendit rem contractum, vel delictum, 144.
 Non liberat à iure visitandi, 145.
 Non comprehendit exorbitantia, 146.
 A decimis præstandis difficillime conceditur, ibid.
 Requirit privilegium Apostolicum, nec à Principe Laico potest concedi, 147.
 Exemptio Decimarum, quas comprehendat, 148.
 Exempti possunt visitari & corrigi, 149.

Exemptio quando faciat Territorium distinctum, 150.
 Locum exemptus est in Diocesi, sed non dicitur esse de ea, 151.
 Exemptio personarum non facit locum exemptum, 152.
 Exempta Ecclesia, non eximuntur Capelle ipsius, nec adhaerentes, amexæ vel connexæ, 153. 172.
 Exemptio Capituli, non censetur exempta Ecclesia, 154.
 Exempta Ecclesia, beneficiaria Regularia non spectant ad Episcopum; secus secularia, 155.
 Exempta Ecclesia, beneficium non sit exemptum, 156.
 Ecclesia & beneficium diversa res sunt, & quare, 157.
 Exemptio Capellas comprehendit Ecclesia unita, 158.
 Exemptione concessa Canonici exemptum censetur Capitulum, 159.
 Privilegium concessum Clericis, conceditur etiam Ecclesie, 160.
 Exemptio non communicatur unius ad alterum, 161.
 Exemptio Capituli, non auferitur potestas in non exemptis, 162.
 Exempta Ecclesia non eximuntur Parochiani, 163.
 Exemptio Ecclesie includit beneficium, 164.
 Exemptio attributis data Ecclesie, Clericis eiusdem communitatur, 165.
 Observantia exemptionis circa unum caput, non influit in aliud, etiam si ad sit confirmatio Apostolica, 166.
 Nec comprehendit ultra contenta in petitione, 167.
 Episcopus quomodo visitat exemptos, 168.
 Exemptio à Lege data, favorabilis, à Principe concessa odiosa est, 169.
 Exemptio Adiutorum competens Cathedralibus amplianda, 170.
 Exemptio non trabenda de persona ad personam, nec extendenda de casu ad casum, nec dilatanda de loco ad locum, 171.
 Exemptio Monasterio non eximuntur Capella ipsius, 172.
 Ecclesia potest eximi, & ius retineri in Capella, 173.
 Exemptio Ecclesie non eximit populum, nec e contra, 174.
 In exemptionibus dispositio retata ad rem contentam, non includit continentem, 175.
 Exemptis Clericis, censetur exempti Canonici, 176.
 Privilegium concessum Clericis conceditur Canonici, 177.
 Exemptio concessa per verba univ[er]salia, univ[er]salis est, 178.
 In exemptione mens concedentis attendenda, 179.
 Privilegium datum Terræ, hominibus illius concessum est, 180.
 Exemptio Ecclesie quando includat exemptionem persone, 181.
 Persona que includitur debet esse illius Ecclesie, 182.
 Privilegium loco concessum quando ad personas ibi existentes extendatur, 183.
 Legatum relictum Civitatis, Civibus relictum censetur, 184.
 Exemptio literaliter intelligenda, 185.
 Præiudicium supponit, 186. & seqq.
 Tollit iurisdictionem, 187.
 Exemptio sustinetur absque derogatione Regule de iure quanto non tollendo, 188.
 Non sufficit exemptio generica, 189.
 Personalis non includit subiectionem ratione beneficii, 190.
 Restringitur ad nominata tantum, 191.
 Exemptio quomodo probatur, 192. & seqq.
 Privilegio & prescriptione probatur, 193.
 Privilegium quibus modis concedatur, ibid.
 Privilegium offendi debet, 194.
 Facta non præsumuntur, 195.
 Privilegium debet esse observatum & clarum, 196. 198.
 Privilegium æquivoquum nihil operatur, 197.
 Mantentio ex privilegio turbido denegatur, 198.
 Exemplum privilegii antienticum sufficit, 199.
 Observantia privilegii exemptionis qualis debeat esse, 200.
 Exemptionis quasi possessio non acquiritur nisi probetur alius & casus exercendi, cum repulsione & acquiescentia, 201.
 Episcopo datur mantentio contra illum qui prætendit se esse exemptum ex assensu iuris communis, 202. Et quando secus.
 Alio existente in possessione, non datur, 203.
 Exemptio debet esse de iurisdictione spiritali, non temporalis, 204.

Ut proset, debet esse Cardinalium subscriptione munita, 205.
 Observantia an præsumatur ex actibus negativis, 206.
 Confirmatio Pontificis quando probet exemptionem, 207.
 Transactio quomodo acquiritur exemptio, 208.
 Emunitiva quando probet exemptionem, 209.
 Ex verbis narrativis Papa quomodo probetur exemptio, 210.
 Narrativa que non profertur principaliter per se, an attendatur, 211.
 Prescriptione potest acquiri exemptio, 212.
 Debet esse quadragenaria vel immemorabilis, præcedente titulo vero, 213.
 Titulus filius in odiosis non admittitur, 214.
 Exemptio quando prescriptione acquiritur, 215.
 Status nullius Diocesis potest prescribi, 216.
 Probata Immemorabilia, non est opus titulo, 217.
 Immemorabili probata, iurisdictione privativa acquiritur, 218.
 Exemptio à Papa non potest prescriptione acquiri, 219.
 Exemptionis privilegium clausulas derogatorias debet continere, 220.
 Per clausulas generales non derogatur decretis Conciliorum, nec scribis in corpore Iuris clausis, 221.
 In dubio iurisdictione censetur cumlativa, etiam si ad sit dictio taxativa, 222.
 Iurisdictione ex quibus præsumatur privative vel cumulative concessa, 223.
 Scriptura non est de substantia exemptionis, sed de substantia probationis, 224.
 Exemptionis quoque modo concipiuntur, valent, 225.
 Existere Iuris Divini Petri, exemptionem supponit, 226.
 Ad proprietatem Romanæ Ecclesie, vel ad ipsam pertinere, exemptionem probant, 227. & seqq.
 Text. in c. Recipiunt, de priv. in 6. interpretatur, 228.
 Censuræ solutus Ecclesie Romanæ quando subiectionem probet, 229. 241.
 Privilegia ultra expressa divaricari non debent, 230.
 Recepti sub protectione Sedis Apostolicæ, Exempti sunt, 231. & seqq. Et quando e contra, 236.
 Exemptorum valde interest esse sub tali protectione, 232.
 Præiudicium, idem quod defensio, 233.
 Non supponit iurisdictionem in protegente, ibid.
 Imperatores, licet sint defensores Ecclesie, non tamen sunt superiores, sed inferiores Papa in spiritalibus, 234.
 Patroni nullam superioritatem habent in Ecclesie Iuris patronatus, 235.
 Subiecti specialiter Romanæ Ecclesie, & à Papa recepti in subiectos, Exempti sunt, 237.
 Recepti in filios à Papa, non eximuntur, & quare, 238.
 Plures habere Patres adoptivos non repugnat, 239.
 Per receptionem specialem in subiectos Roma Ecclesia, exemptio realis & personalis conceditur, 240.
 Ecclesiam aliquam esse liberam, & quod potatur libertate Ecclesie Romanæ, exemptionem inducit, 242.
 Verba, nos scriptimus, & alia similia, quam exemptionem importent, 243.
 Exemptio exemptionis ad petitorium reuocatur, 244.
 Existens in possessione exemptionis, debet manteneri, 245.
 Titulus exhibitus non egens probatione qualem requirit possessionem, 246.
 Ad possessionem acquirendam requiritur scientia & patientia Episcopi, & quando e contra, 247. & seqq.
 Possessio titulata debet manteneri, secus autem si prescriptio tantum probetur, & quare, 248.
 Habens assensum iuris quando sit mantentendus contra non habentem, 249.
 Exemptio deacta in Iudicium principaliter, debet plene probari; secus si incidat, 250.
 Observantia sufficit in parte probari ut in totum proficiat, 251.
 Exemptus quando non teneatur offendere privilegia, 252.
 Probato, quod Capitulum proceffit solum ad punitionem Canoniorum, aut detur mantentio contra Episcopum non ostenso privilegio, 253.
 Capitulum quam iurisdictionem habeat in castigando, & quomodo, 254.
 Capituli iurisdictione, vel privilegium Adiutorum, non facit Ecclesiam exemptam, 255.
 Francæ de Eccles. Cathed.

Mala fides Episcopi non impediunt ne prescribat Capitulum, non nocet successoribus; & quid in herede, 256.
 Exemptus Papa subiectus, non potest nocere exemptioni in Papa præiudicium, etiam si per plures actus subiectus se Episcopo, 257.
 Exemptiones Cathedralium non sunt renuntiabiles, secus Ecclesiarum inferiorum, & quare, 258. 262. 268.
 Quid in exemptione reali, vel personali, 259.
 Exemptio specialis, vel motu proprio concessa, renuntiabilis est, 260.
 Exemptioni potest renuntiari in præiudicium consentientis, non vero eximentis, 261.
 Privilegio potest renuntiari in præiudicium exempti, non vero eximentis, 263.
 Ius subditi à iure Superioris non est separabile in exemptione, 264.
 Exemptus potest prorogare Iurisdictionem ordinariam, 265.
 Exemptio cessabilis est per viam renuntiationis, & quando e contra, 266. 271.
 Exemptus potest conveniri coram Iudice rei sitæ, 267.
 Exemptus potest habere plures Superiores, 269.
 Ordinarius quibus casibus cognoscit de Exemptis, 270. 306. & seqq.
 Alienare non dicitur qui patitur prescriptionem, 262.
 Sententia, que irascit in iudicatum, facit exemptum, 273.
 In quibus casibus Exemptio acquiritur, sine scientia & patientia Episcopi, non requiritur quasi possessio, 274.
 Exempti per Episcopum an subiecti Archiepiscopo, vel Sedis Apostolicæ, 275.
 Ad Archiepiscopum non pertinet cura Ecclesiarum Suffraganeorum, 276.
 Exempti subiacent Legato à Latere, 277.
 Exemptio quibus modis amittatur, 278. & seqq.
 Amittitur prescriptione 40. annorum, ibid.
 Facta oppositione exemptionis, quando incipit prescriptio, 279.
 Exemptio acquiritur & amittitur prescriptione, 280.
 Privilegia prescripta non suffragantur, 281.
 Exemptus debet esse in iure ductus ut amittat exemptionem, 282.
 Quando amittitur exemptio per contrarium usum, non requiritur scientia & patientia Episcopi, secus vero quando contra ipsum prescribitur, & quare, 283. & seqq.
 Episcopus habet intentionem fundatam à iure etiam contra Canoniam Ecclesie Cathedralis, in iurisdictione, 284.
 Actus factus post completam exemptionem quando nocet iurisdictioni tam in Criminalibus quam in Civilibus, 285.
 Exemptio generalis non amittitur ex non usu unius Monasterii, 286.
 Episcopus mantentendus est quando litigavit & obtinuit, 287.
 Exemptio non amittitur prescriptione quod requiritur, 288.
 Exemptio amittitur per sententiam, que transit in iudicatum, 289.
 Item cessante causa Exemptionis, ibid.
 Vel faciendo actum contrarium, ibid.
 Quid in solvere compulso iussu sententiæ, 290.
 Exemptio respectu certi generis non amittitur per delictum, 291.
 Exemptio petita ex iniustis causis, revocari debet, 292.
 Revocatur remittente, vel necessitate suadente, 293.
 Nisi concessa fuerit ex causa onerosa, vel si irascit in contrarium, 294.
 Ratione lesionis revocatur exemptio, 295.
 Amittitur cessante causa, 296.
 Vel faciendo actum contrarium voluntarium, 297.
 Scandali causa revocatur exemptio, 298.
 Et privatur quis privilegio, 299.
 Scandalum scandalum vel absurdum vitari non debet, 300.
 Scandali causa que sunt, 301.
 Causa concedendi exemptiones, sunt causa revocandi a contrario, 302.
 Privilegium amittitur sine culpa, non sine causa, 303.
 Exemptiones ob benemerita vel servitia que transferunt in contrarium vel titulum onerosum, non revocantur, 304.
 Et quando e contra, ibid.
 Revocatio exemptionis facta ab eo qui se gererat pro Romano Pontifice an valeat, 305.
 Exemptio vel amplissima, non tollit ius reverentiale, & quando e contra, 309. & seqq.
 Exempti an reverentiam debeant Episcopo, 308.
 Huic reverentiam quando possit prescribi in exemptione, 309.

imperium; ex latè adductis cum pluribus à Barbof. in collect. ad text. in dicit. cap. innotuit, de elect. in 6. à num. 9. & est axioma vulgare ex text. in l. Nam & Magistratus 4. ff. de recept. arbit. cap. inferior 4. cap. Denique 6. dist. 21. cum aliis;

49 & latius videndus Orthonius de axiomat. lib. 14. cap. 3. n. 5. Et hac de causa talem privilegium incurtere penas, & censuras Bullè in *Cerna Domini* tenet cum Sayro Cochier proximè citatus in fine. Quibus optimè conducunt ea quæ protulit Salomon Proverb. 30. 27. de locusta, quæ sine capite & Rege non potest in campum prodire, nec formate exercitum debito ordine: & hoc modo homines fieri locustas notatur Oldrad. consil. 2. 54. n. 1. ad finem, Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 2. 4. n. 2. Cochier d. qu. 3. n. 16. si enim à potestate Papæ liberaretur, membra à Capite dividerentur contra

52 Juris regularitas, de quibus latè Barbof. in collect. ad text. in cap. Cum non liceat, de prescri. n. 4. nec eo casu verum esset dicere, Papam totius Ecclesiæ esse Caput; ut optimè observatur Augustinus de Ancona de potest. Eccl. qu. 7. art. 8. Antonius Ricciulus de lare person. extra gremi. Eccl. consil. lib. 9. cap. 2. num. 12. in fine, Barbof. in Pastor. d. alleg. 50. num. 13. & 14. ubi optimè quæstionem pertractat, & nostram opinionem defendit.

54 Præterea hæc opinio confirmatur: nam talis exemptus à potestate Romani Pontificis, Acephalus esset & sine capite, ut locuste, de quibus loquitur text. in cap. Nulla, dist. 93. per hæc verba: Nulla ratione Clerici aut Sacerdotes habendi sunt, qui sub nullis Episcopis disciplina & providentia gubernantur: tales enim Acephalus, idest sine capite, prisca Ecclesiæ consuetudo nominavit: cui adde Oldradum d. consil. 2. 54. nu. 1. ad finem, Pareja de univ. instrum. edition. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specul. 2. num. 23. quæ ratione Divus Hieronymus ad Rufinum, relatus in cap. In Apibus, qu. 1. ita scribit: In Apibus princeps unus est, Grues unam sequuntur ordine literario, Imperator unus, Index unus provincie: Roma ut condita est quos fratres simul habere Reges non potuit, & parricidia deditur: in Rebecca Esau vero & Jacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi, & omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nititur. Unde si super hujusmodi pretensione darentur articuli, forent rejiciendi: Rota dec. 1. de prescri. in novis: Pareja ubi supra, n. 23. Cujus nominis damna, idest Acephalorum, in Ecclesia, satis superque à principio orta noscuntur sicut & pericula: fuit enim tempore quo Zenon & Anastasius

58 imperium suscepunt Acephalorum orta hæresis, quorum Dux Severus Antiochenus fuit, ea de causa sic appellati, quod sub Episcopis & Sacerdotibus non fuerint: ac proinde defunctis Episcopis & Sacerdotibus, nec Baptismus, nec cæteræ Ecclesiæ functiones, prout mos erat administrabant, neque ministerium divinum vel Ecclesiasticum, juxta morem celebrabant, communionem divinam à plurimo tempore aservatam in minutissimas partes feritis Paschalibus incensam convenientibus ad se hominibus dantes; ut scribit Nicephor. lib. 18. Hystorie c. 45. à quo sumpsit Bezet. in Theat. vita humane, lit. E, verbo Eucharistia, vers. Eucharistia aservata in Ecclesia, pag. mibi 450. lit. B, quorum initium Anno 460. ortum habuit, quo tempore in Chalcedonensi Concilio Eutyches damnatus fuit, & doctrinæ illius viudices (sic enim nominabantur) & eorum numero fuisse Joannem Grammaticum Philosophum Aristotelis commentatorem dicunt, & eorum errorem anno 526. extinctum esse notat idem Beyerlinch lit. E. vers. Hæresis, seculo 5. pag. mibi 23. quod maximè appetere visus est Calvinus & alii notatores sequaces, volentes Monarchiam

60 Ecclesiasticam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tollere, & Aristocratiam, idest Corpus cum pluribus Capibus ponere tentantes: contra quos latissime videndus doctissimus Fr. Joannes Marquez in tract. de el Gobernador Christiano lib. 2. cap. 21. Semper enim Monarchia stare debet cum uno Capite cui ceteri subiciantur, Deus mundi Gubermium instituit, ut D. Paulus Ato. 17. probat. Adamus enim univ. instrum. ut unitas conservaretur, non divisio introduceretur: ut notavit D. Joannes Chrysof. homil. 34. super 1. Corin. 23. & de cæteris videndus Marquez loco superius citato, Card. Bel-

larm. lib. 1. de Roman. Pontif. cap. 2. qui Monarchiam defendit, & innumeris omittis citatis à Marquez videndi Solorzano Emblemate 20. num. fin. Barb. cum innumeris, in collect. ad text. in d. cap. In Apibus, 7. qu. 1. num. final. unde rectè ad propositum dixit Cicero 3. de legibus: quod sua imperio nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum unioversum genus, nec rerum natura omnis, nec ipsi mundus stare potest. Vide plura in notatio apud Raggiuum de Regim. Regul. par. 1. dub. 1. num. 3.

Verùm supradictæ doctrinæ obstat communis Doctorum sententia asserentium, Ecclesiam inferiorem posse præscribere bona & jura ad Papam spectantia, cap. Si diligenti, de prescri. ubi Abbas per illum text. 2. col. & col. 3. vers. Ex prædictis: quem sequuntur et Guillelmus Redoan. de Spoliis Eccl. qu. 14. num. 20. ac proinde contra Romanam Ecclesiam posse præscribi de rebus, Civitatibus, & Regnis ad eam pleno jure pertinentibus, dum non minus sit tempus quam centum annorum: ergo pariformiter præscribi potest exemptio.

Cui difficultati responderetur, permaximam esse differentiam: quandoquidem illo casu vassalli remanent sub alterius potestate: at verò in nostro, sub nullis remanent Superioris regimine. Ultra quod non fit bona argumentatio, aliqua jura possunt præscribi, ergo omnia sunt præscripibilia: ex latè adductis à Barbof. in collect. ad text. in c. Cum non liceat, de prescri. num. 3.

Nec dicas posse remanere Republicam veluti Aristocratiam: vel Democratiam; quo casu non sub Principis potestate: ergo nulla est solutio. Tamen cum hoc casu semper fit Superior, cui subfinit, postus à Republica, non possunt dici Acephali illi homines: unde isti nullum habent Superiorem: non sunt tolerandi, ex rationibus superius dictis. Sicut non dicitur Acephalus qui Capitulo Cathedralis subditur: ut Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 14. ex num. 82.

Uterius præscriptio hæc est ex juri bus temporalibus; sermo verò & cardo nostre quæstionis, exemptio est circa spiritualia, que Claves D. Petri attingunt, quas à se Romanus Pontifex Christi Vicarius, & Petri Successor abdicare non potest, ut diximus; unde mirum non est si temporalia præscribantur, spiritualia verò e contra; & denique ubi unum Jus præscribitur, hic verò Exemptio, quæ totalis est.

Paris ergo periculi est si unum Regnum, vel una Respublica per plures Principes gubernetur, ac si nullum Superiorem agnoscat: solus enim Romanus Pontifex, qui unum Consistorium facit cum Deo, cap. Cantia per mundum, 9. qu. 3. ubi DD. quos sequitur Barb. in collect. Superiorem non agnoscat interis; & atque ea ratione cum Beatus Marcellinus timore perterritus idolis suis adolevisset, mox poenitentia ductus ad Concilium accedens teatum suum publicè fassus, ac poenitentiam lacrymis petens à Patribus, hoc responsum accepit, Prima Sedes à nemine indicatur, tu te ipsum iudica. Ad idem videndus text. in cap. Nemo, 13. 9. qu. 2. unde Symmachus Papa in cap. Aliorum, ita ait: Aliorum hominum causas Deus voluit homines terminare, sed Sedes istius Præfatis, suo fine quæstione referuavit arbitrio: Ad idem est text. in can. Si Papa, dist. 40.

Cum ergo finis exemptionis sit quies personæ exemptæ à timore vexationum, can. Quam sit necessarium Monachorum quieti propicere, juncto can. Luminoso, ubi: provisio de futuro quiete, 18. qu. 2. necessariò alicui debet dari subjeccio aliis enim per libertatem hujusmodi, quæ solvat ab omni jugo, non consequitur finis, sed fit Acephalus: exemptio enim est subjeccio ab unius imperio seu Jurisdictione, per subjectionem de eodem factam alteri, nec aliqua membra dantur sine capite: videndus latius Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 24. in princ. & idè exemptio semper supponit subjectionem: Rota cum pluribus apud Ludov. dec. 325. num. 2. Buratt. dec. 578. num. 14. Penna dec. 1072. nu. 5. secundo Lugdun. impress. & hæc de causa exemptio Abbatis à Jurisdictione Episcopi, præsupponit Abbati esse in Diocesi Episcopi: Farinae. in recent. dec. 156. & dec. 491. in princ. par. 1. unde exemptum esse, & extra Territorium esse,

esse idem, & pro eodem judicavit Sperellus dec. 104. num. 49. & paria sunt esse extra Diocesim, & locum esse exemptum: Gloss. Magistralis ab omnibus communiter recepta in cap. Vt annuam, gloss. final. de consil. in 6. quam commendat Panormit. in cap. fin. de privi. DD. in l. T. errorum, ff. de Jurisdic. omn. lud. Rota dec. 207. par. 2. d. vers. Laurentius de Franchis de contro. inter Episcop. & Regul. p. 1. n. 1105. & hæc de causa Papa est Judex Exemptorum, ac per consequens etiam illi qui ab Imperatore se exemptos dicunt, & neminem recognoscunt postquam Papa conveniri poterunt, Cochier p. 2. qu. 48.

Licet ergo Summus Pontifex exemptiones concedat, non leviter movetur ad tale privilegium concedendum, sed ex pluribus causis: ut notavit Pyrrus Corradus in praxi dispensat. Apost. lib. 4. cap. 5. n. 55. & urgentissimis, propter perturbaciones, quæ ex eis oriuntur; teste eodem Pyrr. Corrado lib. 5. cap. 6. n. 42. & licet à tempore Apostolorum initium sumperint, jam dudum experientia teste abierant in defectu dinem, & per multum temporis abolitæ fuerunt usque ad tempus Adeodati Papæ anno 676. ut ex illa, quam ipse concessit Monasterio Sancti Martini, ab eodem Sancto exedificato in Diocesi Turonensi, aperte constat: & satis probat Eminentissimus Cardinalis Baronius d. Anno 676. ex num. 2. in l. 1. ubi ita ait: Ex eius rescripto illud sit manifestum iam cessasse Romanos Pontifices hujusmodi immunitates concedere Monasteriis, cum dicat mos atque traditio nostra sanctæ Ecclesiæ plus nunquam ad regimine Episcopalis providentia religio loca secularem. Prosequitur deinde dicendo, hæc exemptiones nullatenus Sanctis Bernardo & Francisco placuisse, de quibus videndus Durandus de modo celebrandi Concilii generalia, titulo de Exemptione, à num. 15. usque ad 75. Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 11. & 20. Nec idè de licet concedendas esse exemptiones, ex Felino in cap. Cum non liceat, num. 2. de prescri. sed potius rejiciendas, ex Romano consil. 37. Innocentio in cap. Dudum, de privi. tenet Cochier dist. lib. 1. quæst. 3. num. 13. Et de damnis earum in genere videndus Lotter. de re benef. dist. lib. 1. quæst. 23. ex num. 3. usque ad 7. Ex quibus experientia teste competentem est, ut plurimum perturbacionem in Episcoporum Jurisdictione excitari, & Exemptis laxioris occasio nem vitæ præberi dignoscitur, ex Vulpio Secretario Congregationis Regularium testatur Pyrrus Corradus dist. lib. 5. cap. 6. num. 42. & de eadem materia videndus Daniel de Nobilibus disp. 26. ex num. 9. ubi latè probat, Episcopos plus boni consequi benignitate, quàm rigore: licet enim à principio causa sit in eximentes, subito declinat in perniciam cum Exemptus abutitur privilegio: quod satis ostendunt cæteræ Episcoporum querimonie, de quibus Lotterius proximè citatus, cui addendus est Carolus Maranta contrao. hor. par. 3. tomo 2. respos. 81. cum per eas exemptiones Ordo Ecclesiasticus perturbetur, tam ex eo quod major subiciatur minori, quàm ex eo quod exempti perturbant cæteros de Diocesi, & ad latiorum vivendi modum laxis habentis decurrant: ut videm Maran. proximè citatus, num. 77. affirmat: ac proinde Exemptos plura presumere, qui sibi infamiam, aliis lesiones parant prætextu exemptionis & libertatis, quam asserunt se habere, Ordinarii correctiones & ordinationes subterfugientes, ac ejus fori five jurisdictionem declinant: verba sunt Bonifacii VIII. in cap. cum persona, de privi. in 6. Quibus jungendus est idem Maranta respos. 81. num. 47. licet Baldus in tract. de Exempt. qui reperitur inter Tractatus Doctorum, dicat Ordinarios majores abusus facere prætextu Jus Jurisdictionis, quàm faciant Exempti prætextu Jus exemptionis: quod an sit verum? alii judicent: cum certum sit hoc casu exemptionem esse concedendam: ex Pyrr. Corrado lib. 4. cap. 5. num. 67. de quo latius infra, cum de causis exemptiones concedendi agemus.

Verum licet hæc doctrina generaliter procedat in omnibus Exemptionibus, tamen in Cathedralibus est ratio particularis eximendi superius ponderata, quæ causam præbet, ut plures hodie Cathedralis exemptæ reperiantur, quas in fine hujus capituli recensebimus, de quibus in pluribus exemplis videndus post Renatum Chopinum de sacra

politica lib. 3. rit. 4. & Monasticon. lib. 1. c. ult. juncto Papo moni lib. 1. tit. 3. arrest. 3. Franciscus Tondutus de Sanlegero in quest. & resol. benef. lib. 1. c. 62. num. 2. Et licet in Romano Pontifice nulla requiratur causa ad eximendum, cum sufficiat ejus voluntas, ex his que lato calumino concessimus, 5. de causis erigenas novas Cathedralis, in princ. tamen cum semper ex causa moveatur, juxta notata à Pyrr. Corrado d. lib. 4. c. 5. n. 55. frequentiores hic in unum congerere decrevimus, & ex sequentibus: ultra ea que cap. 31. de Eccles. Cath. Regul. num. 119. dicimus.

Secunda causa justissima, est honor videlicet & Reverentia quæ debetur supreme ac sanctissimæ Sedi Divi Petri successorumque suorum Romanorum Pontificum, quorum interest sibi plurimos habere subditos: ut probat Rota dec. 456. num. 13. par. 5. recent. de Rubens tom. 2. pag. 92. ubi docet, Eximientis interesse, suam Jurisdictionem conservare: qua de causa exemptionem fieri gratia Exemptoris dixit Rota dec. 461. num. 27. & 28. par. 5. tom. 2. recent. de Rubens.

Tertia non minus justa & frequentior causa, sunt gravamina illata ab Episcopo: de quibus est text. in cap. conquirente, de off. lud. Ordin. c. nimis prava, c. nimis iniqua, de excess. Præf. Clem. unic. cod. tit. in quibus gravamina illata, Religiosis per Episcopos numerantur, quæ causa fuit exemptionis ab eorum Jurisdictione: ut ibi notant Doctores: & de omnibus videndi sunt supra citati, præcipue Rota d. dec. 461. num. 23. & seqq. quæ plures DD. adducit, Achilles de Grassi dec. 16. de privi. Franciscus Tondutus Sanleger. in quest. & resol. benef. par. 1. cap. 61. num. 3. Sed tamen notare oportet, nec quodcumque gravamen, nec quancumque oppressionem sufficere, sed talem esse debere, quæ sonet in Tyrannidem & barbariem, vel injuriam atrocem, ut pluribus notat Lotterius d. q. 24. ex num. 30. cum seqq. præcipue ex num. 35. in quibus latè disputat, quæ sit atrox levitatis fœvitia; & de materia videndi sunt text. in l. unica, c. si quacumque præditus potest. juncto Guillelmo Benedicto in cap. Raynatus, verbo condidit, el primo, num. 56. & seqq. de testamon. & quod sola levitatis atrox sit causa exemptionis tam realis quàm personalis, resolvit Rota dec. 258. num. 29. par. 7. recent. de Rub. Quæ omnia justificant exempli Patentium, vel Dominorum sævitiam in filios, servos, seu vassallos; de quibus ultra supra citatos, videndi sunt DD. in c. recolentes, de stat. Monach. Mandolfus de Signar. gratia, tit. exemptiones, col. 2. & Cochier lib. 1. qu. 17. num. 30. Achilles de Grassi ubi supra, & per eum Sanlegero d. c. 62. num. 3. Ex qua causa particularis exemptio datur, quod tuncque his versatur inter Episcopum & subditum, cujus ratione iste vexatur: & passim eas concedi testatur Flaminus Paris. de resig. benef. lib. 3. qu. 11. n. 1. Pyrrus Corrad. in praxi dispensat. Apostol. lib. 4. cap. 5. num. 55. rationem reddens ubi nu. 57. nam ex causa abusus Jurisdictionis, concedenda est subditis exemptio, Boerius dec. 104. num. 5. Caffador. dec. 6. n. 1. de privi. Caputa quest. dec. 62. n. 4. p. 2. & hæc dicitur Exemptio personalis ratione causæ non contemplata persona, & procedit ex merito debito Justitiæ, qui text. in l. unica, Cod. de offic. Com. Sac. Pal. nec alter conceditur quam per rescriptum Papæ, causa difficulta in Signatura: Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gloss. 54. n. 18. & ex aliis Lotterius d. qu. 24. ex n. 16. qui optimè n. 28. notat per hujusmodi traductionem non elidi, sed suspendi Jurisdictionem Ordinarii ad tempus: Caffador. dec. ult. de privi. An verò ex timore litium detur exemptio tam causarum Civitatum, quàm Criminalium, optimè declarat Lotterius supra ex num. 35.

Quarta causa est, meritum Exemptorum, & eorum servitia erga Sedem Apostolicam, five exemplum in vita, cujus causa honor iste defertur: de quo in Religionibus adest text. in dist. Clement. Pastoralis, de Senten. & re indicata: juncto Rebuff. dista respos. 142.

Quinta verò, quies & requies Exemptorum, ut cum maiori quiete possint Domino in divinis vacare, d. cap. Luminoso, c. quam sit, 18. q. 2. protectio enim hæc & umbra quietem in subditis operatur: ut notavit Cochier d. q. 1. n. 17. notans

notans causam finale exemptionis hanc esse: nec tamen hæc quietis causa tanta est ut solvat ab omni iugo, ita ut exemptus dicatur. Acephalus, sed est exemptio ab unius imperio, & alteri subiectio; ne contingat membra sine capite constitui: contra dispositionem textus in cap. cum non liceat, de prescript. & homines fieri tamquam locustas, quæ nullum habent Regem: & ultra ibi citatos, de hac materia videnda est Rota apud Ludov. decif. 325. num. 2. juncto Lotterio de re benef. lib. 1. quæst. 24. ex num. 1. & seqq. de quibus omnibus, id est de hac exemptione agit Donatus dist. tract. 13. de Exemp. Religiof. quæst. 1. in quod advertere opus est, huic exemptioni nequaquam dedisse causam, superbiam, avaritiam, factum, vel ingratitude in Episcoporum, prout minus rectè pronuntiant plures apud Cenedo in quæst. Canon. quæst. 26. num. 3. sed verius esse causam procedere ex merito zelo Pontificum, ut Monachorum quieti pinguis consuleretur: prout advertunt Rodericus de Regular. tom. 2. qu. 64. art. 4. vers. non est opus: ut ex eo notat Lotter. d. qu. 24. ex num. 52.

100 Sexta causa est multitudo litium, sive lis molestia, ob quam conceditur exemptio, & saltem quoad illam litem, cap. olim, de appellat. & pluribus videndus Cochier, dist. par. 1. qu. 1. num. 13. & 14. Riccius in prax. var. resol. par. 2. resol. 279. num. 4. secundum moder. impres. autoritate Rotæ, ubi firmat non ostenso processu per Episcopum præsumi sevitiam: Rota decif. 280. nu. 1. & 3. par. 5. to. 3. rec. de Rub. pag. 330. que lis non debet esse affectata, ex ibi notatis

101 num. 6. hæc autem exemptio etiam datur propter sevitiam ortam ex actibus post litem motam, saltem durante lite; ut observat Riccius d. par. 2. in prax. var. resol. resol. 279. num. fin. quibus jungenda sunt quæ supra notata reliquimus.

102 Jam ergo quot sint Exemptionum species? operæ pretium est inquirere, ne sub involucri æquívocationis omnia confusè petra tractentur: & licet divisio aliqua afferri non possit in forma substantiæ, quæ consumitur in ipsa subiectione, & subiectione, juxta text. in d. cap. si Papa, §. si autem Ecclesie, de privil. in 6. juncto Lotter. dist. lib. 1. qu. 24. num. 5. tamen tres esse gradus non dubitatur; infima videlicet, per quam sola subiectione; media, per quam Territorium; suprema item, per quam ipsa etiam Diocesis Episcopalis solvitur: ut optimè & cordatè distinxit Lotterius supra ex num. 43. Qua ratione non plena dicitur exemptio nisi persona & bona illius eximantur: Sperell. dec. 135. num. 61. tom. 2.

103 Una item dicitur exemptio realis, quæ loco conceditur; alia personalis, quæ personis datur; mixta tandem, per quam locus seu res, & persona sunt exemptæ: de quibus videndus text. in cap. frater, §. 6. quæst. 1. Barbof. in Collect. ad tex. in cap. per exemptionem, de privil. in 6. Doctores in cap. volentes, eod. tit. Sanchez in opusc. lib. 6. cap. 9. dub. 1. Raggueria de regul. Regul. cent. 2. tract. 2. dub. 1. 1. ad hæc, una est perpetua, alia temporalis: temporalis videlicet, quæ ratione officii vel persone conceditur, & hæc dimisso vel finito officio expirat: l. si duas, §. Philosophi, de excus. tutor. etiam si preterito dignitatis fuerit concessa, argum. text. in cap. ad hæc, de autor. & usa Pallii, cap. bona, §. secundum de postul. Prelat. nisi speciali privilegio concedatur ut transeat ad successorem: cap. quoniam, §. penult. in glo. §. sequenti, de offic. delegati. Cochier, dist. lib. 1. quæst. 2. nu. 13. Officium tamen cujus preterito talis exemptio conceditur, verum & non fictum esse debet, exemplo familiarium Papæ; ut docet Lotter. dist. qu. 24. ex num. 22. cum seqq. in dubio vero exemptio potius realis quam personalis iudicari debet: Menochius, de presump. lib. 3. presump. 103. DD. in l. forma, §. quamquam, per illum textum, ff. de censibus: Cochier d. qu. 2. nu. 6. Posthii decif. 466. num. 27. post tract. de manien. Nec exemptio personarum includit exemptionem Ecclesiæ, cap. per exemptionem, §. verum si Canonici, de privil. in 6. Rota decif. 156. num. 6. par. 1. recent. Lotterius d. qu. 24. num. 14. ea ratione, quia exemptio realis ratione loci personis competit: cap. cum Capella, de privil. cap. volentes, eod. tit. ubi DD.

113 in 6. personalis vero personam afficit & sequitur, cap. privilegium personale, ubi DD. de Regul. Jur. in 6. cap. si non specialis, ubi etiam Doctores, de testam. Lotterius d. quæst. 24. &

nu. 6. cum seqq. Si verò scire cupias ex quibus realis vel personalis censenda sit exemptio? Consule Card. Tusch. lit. E. concl. 559. per tot.

Rursus exemptiones alia sunt genericæ, alia verò speciales. Generales illæ sunt, quæ videlicet conceduntur pluribus personis, vel ratione plurium personarum, vel quando ratione sui plures comprehendunt articulos, vel quando capita; de quibus ex text. in cap. cum & plantare, de privil. cap. veniens, cap. auditis, de prescript. c. ext. tua, de filiis presbyter. Speciales verò, quæ uni loco, vel uni personæ unis articulus exemptionis conceditur; ut ex Hostiensis docet Cochier d. qu. 2. num. 1.

Postremo, exemptio alia pura, & absoluta, alia verò mediata. Pura est, quæ ab omnibus eximit, subiectione sanctæ Sedi: Mediata, quæ, medio aliquo, datur exemptio; prout contingit in Monasterio Clarmontensi Ordinis Cisterciensis; quod ex eo quod subiectione Abbatis Clarenvallens, utraque est exempta, sed diverso modo; quia prima mediata, secunda verò immediata: Gloss. fingularis in Clem. attendentes, de stat. Monach. per text. in Clem. 1. de prescript. Cochier num. 22. & 23.

Ex dictis jam de facili colligitur assumptum huius capituli, non enim in eo disputandum est de Exemptione, nec tractatus de eo faciendus à nobis est, sed tantum de Cathedralibus Ecclesiis exemptis agendum: prout in simili fecit Lotter. de re benef. d. lib. 1. qu. 24. in princ. referens se in hac materia ad tractatum Erasmi Cochier, qui totam materiam, exemptionum pertractat affinitat, notans propter variarum specterum multitudinem, malè hanc materiam esse intellectam.

Atque Regula generalis est constituenda, videlicet quod exemptio, quæ non est totalis, præsupponit jus universale penes alterum, & illi jus admittere: ut per Rotam decif. 520. nu. 1. p. 5. rec. de Rub. n. 2. fol. 199. & ideo sicut potest esse locus exemptus, & non persona, ut per Rotam post tract. Posthii de manien. d. decif. 159. num. 4. ita exemptio personarum non facit locum exemptum, ex ead. Rota ibid. dec. 71. n. 5. ubi n. 1. Regulam generalem ponit, nempe ex observantia declarati qualitatem exemptionis, & hanc observantiam iustificare superioritatem.

Inter has ergo exemptiones ea est differentia, quod exemptio realis non extenditur ad delicta, contractus, &c. extra loca, seu rem exemptam gestos, sed eatenus Exempti omnimodo Ordinario subiectioni: d. c. volentes, ubi DD. d. c. cum Capella: Cochier d. qu. 2. nu. 4. & latè lib. 2. qu. 45. ex num. 1. cum plures seqq. at verò personalis ita personæ offibus adhaeret, ut eandem ubicumque committit, & eximat; ut diximus, & probat Cochier d. qu. 2. nu. 3. & 5. & lib. 2. qu. 46. nu. 46. & seqq. & ideo exemptio personalis individua dicitur, quia personam sequitur in solidum, nec pro parte valere potest, ad exemplum sententiæ: Pechius in c. privilegium, n. 5. vers. amplius 2. de Reg. Jur. in 6. Cochier d. qu. 2. n. 5.

Ex quibus cum Episcopus in tota Diocesi habeat intentionem fundatam à Jure, circa Jurisdictionem, juxta text. in cap. omnes basilicæ, §. 16. quæst. 7. cum aliis, & Doctores omnes conveniunt, necessario sequitur exemptionis materiam odiosam esse: ac per consequens strictissimè esse interpretandam. Rota dec. 48. nu. 3. in recent. Farin. juxta decif. 291. num. 9. par. 5. recent. Cum addendus est Carolus Maranta par. 3. resol. 81. num. 52. ea ratione, quia quando agitur de exemptione Ecclesiæ & subiectione soli Papæ; dicitur res magni momenti, habere unum Superiorem, & non alium; Seraph. dec. 1082. num. 5. in una Casar. augustana; & ideo privilegium semper firmum habetur si ultra Jus commune aliquid operetur, & in reliquis secundum Jus commune exaudiri oporteat, maxime in præjudicium Tertii: latè videndus Carolus Maranta d. par. 3. resol. 78. ex m. 66. & respon. 80. num. 27. & 28. ubi docet tenorem privilegii esse attendendum, Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 24. nu. 90. ex ea potissimum ratione, quia ea que per privilegia exemptionis expressè non adiunguntur, Episcopo censentur reservata, atque sub ejus remanent Jurisdictione: Rota decif. 324. n. 5. p. 1. recent. & pluribus videndus Maranta supra à juncto resp. 81. num. 44. Quare non solum exemptio, verum etiam privi-

privilegia in ea concessa strictissimè debere intelligi & declarari, firmavit Rota apud Posthii post tract. de Manien. decif. 466. nu. 17. eaque ratione privilegium exemptionis pro se, & rebus suis, intelligitur de rebus ad usum suum pertinentibus: Cardin. Tuschus lit. E. concl. 551. num. 4. & seqq. nam semper ea interpretatio sumi debet, quæ minus lædat, idem Tusch. num. 4. ubi ponit exempla: exemptionis enim materia exaudienda, non expandenda est: juxta Rotam dist. decif. 291. numer. 9. par. 5. recentior. privilegia enim prævaticari non debent, cap. Santè 9. ubi DD. de privil. enim extendenda esse hujusmodi privilegia firmavit Rota decif. 600. num. 10. par. 4. tomo 3. recent. de Rubis, fol. 184.

Ex quibus pendet decifio quamplurimum difficultatum, quæ in hac materia exoriri poterant: nam si exemptio plures partes contineat, sufficit quod respectu unius operetur: ut exemptio text. in cap. Nisper, de Decim. cujus derogatio illius Concilii simpliciter concessa, intelligitur de una parte, non de alia: Penna decif. 1582. numer. 12. secundum Lugdon. impres. ubi additio citat Duran. decif. 48. num. 28. nec privilegium quantumvis latum includit locum non exemptum: Rota decif. 165. num. 4. par. 7. recent. de Rub. quæ doctrina intelligenda est juxta distinctionem Rotæ decif. 647. nu. 13. & 14. post tract. Posthii, videlicet quando privilegium conceditur loco, vel personæ, ita ut concessum loco, extra eum non exeat; secus verò exempta persona absque circumscriptioe loci: & eadem ratione, exemptio Decimarum data pro fructibus cultis propriis manibus, intelligitur de illi qui ad usum Exemptorum pertinent: Penna dec. 1272. num. 3. secundum Lugd. impres.

Similiter exemptio à Decimis præstandis reputatur personalis, & ideo non transit in Arrendatorem, Seraph. decif. 87. num. 2. 3. & 7. nec extenditur ultra casus ibi expressos, Penna decif. 764. num. 5. secundum Lugd. impres. sic & etiam exemptio personalis familiarium Principis, observanda, est ubi Princeps residet: Rota decif. 324. nu. 7. par. 5. tom. 3. recent. de Rub. & eodem modo exemptio concessa Capitulo pro se, & familiaribus Capituli, debet intelligi & restringi ad veros familiares, & ad veros Canonicos: Cardin. Tusch. lit. E. concl. 154. num. fin. nec suffragatur personalis exemptio quando communitur delictum sub justificatione alterius, Rub d. dec. 324. num. 6. nec quantumvis lata sint privilegia exemptionum, includunt exemptionem rei, contractus, vel delicti extra locum non exempta: Rubis decif. 165. num. 3. par. 7. recent. fol. 321. Carolus Maranta contrav. Jus. tom. 3. resp. 78. nu. 17. fol. 415. latè firmat Rota apud Posthii dec. 647. num. 1. 2. 3. 7. & 10. nec liberat à Jure visitandi: Riccius in praxi nova, p. 2. resol. 279. num. 1. & generatim in omnibus locis Daniel de Nobilibus disp. 49. per totam, ubi latè. Nec venit in generali exemptione exorbitans exemptio, veluti à Decimis solvendis, Rota dec. 30. num. 9. par. 4. tom. 2. recent. de Rub. quæ difficillimè conceditur, l'enna decif. 192. num. 13. secundum Lugdon. impres. nec à Principe Laico potest concedi, Penna dec. 915. num. 5. secundum Lugd. impres. sed privilegium Apostolicum requirit, nec Immemorabilis sufficit, Farin. p. 1. recent. decif. 474. numer. 3. & 4. Si verò scire desideres quas exemptio Decimarum concessa comprehendat? Consule Rotam decif. 48. per tota, par. 1. recent. Farin. Nec solum possunt visitari Exempti, verum etiam corrigi: Milinus dec. 48. num. 5. Sic etiam exemptionis privilegium non facit locum esse extra Diocesim, Rota decif. 324. num. 3. apud Rub. par. 5. recent. tom. 2. ubi quando constituit Territorium per se diversum, de quo num. 7. & seqq. licet tamen non sit in Diocesi, intra eam dicitur existere: Penna decif. 172. secundum Lugdon. impres. nec desinit esse de Diocesi, Farin. in recent. par. 1. dec. 156. nu. 6. Seraph. decif. 477. nu. 5. & dec. 433. num. 10. Riccio in praxi nova, tom. 2. pag. 463. Sperellus dec. 104. num. 5. vel 50. tom. 2. vide circa hoc eundem Sperell. decif. 3. num. 12. similiter nec exemptio personarum facit locum exemptum, Farin. in recent. par. 1. decif. 156. num. 6. Imò exempta Ecclesia, non sunt exemptæ Capellæ ipsius, nec accedentes, vel connexæ, Barbof. in Passor. alleg. 78. num. 9. nec Capellæ ipsi Ecclesiæ subiectæ adhaeren-

tes vel connexæ, Cochier tract. de Jurisdict. Ord. in Exemp. p. 2. quæst. 45. num. 70. Barbof. in Passor. alleg. 75. num. 29. circa quæ videnda sunt quæ diximus cap. 16. ex numer. 146. & seq. juncto num. 162. & ita etiam exempto Capitulo, vel Clericis, non est exempta Ecclesia, d. cap. Per Exemptionem, ubi Francus: Cochier d. q. 13. & 47. de quo est optima decisio Laurentiana Jurisdictionis supra citata, sicut pari modo, licet exempta Ecclesia, Regularia beneficia in ea non spectent ad Episcopum, ut post Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 23. num. 22. & alios, firmavit Rota apud Duran. dec. 92. num. 16. Tamen intelligitur hæc doctrina de beneficiis Regularibus; cum possint in ea, licet exempta, adesse secularia beneficia, ad provisionem & collationem Episcopi spectantia, Abbas & Lambertinus apud Duran. nu. 17. qui num. 18. exinde deducit, quod ex exemptione Ecclesie non proinde deducitur quod beneficium sit exemptum, d. cap. Per exemptionem, de privil. in 6. cum aliud sit Ecclesia, aliud verò beneficium in Ecclesia: quorum omnium ea est ratio, quia Ecclesia & beneficium constitunt duo corpora distincta, cap. fin. ubi Abbas de præbend. Gloss. in Clem. 1. verb. In terra, vers. Sit eadem ratio, eod. tit. Atque ita Regularia constituta est tam pro unione, quam pro exemptione; quod facta in uno, censetur facta in omnibus circa illud unum comprehendis, si Ecclesia unita habet Capellas, illæ transeunt sub proprietate unius, quando Capellæ sunt annexæ Ecclesie, quia sunt membra pertinentia ad ipsam Ecclesiam unitam, secus autem in constitutibus duo corpora, de quibus Duran. proxime citatus, dist. dec. 92. ex num. 4. usque ad 13. & ex num. 16. usque in finem.

Eadem verò ratione, concessa exemptione Canonicis Capitulum exemptum erit, cum Capitulum per Canonicos representetur; & Canonicis datum seu concessum, Collegio Canonicorum concessum censetur, eique competit jus agendi, & habet intentionem fundatam; ut per Duran. dec. 291. ex num. 4. cum seqq. Sed licet privilegium concessum Clericis, videatur concessum Ecclesie, ut pluribus firmavit Rota apud Duran. post dec. 284. in disquis. Florentina subdecanatus, numer. 122. non tamen communicatur exemptio unius ad alterum: Burattus dec. 304. num. 8. & 13. & ita exempto Capitulo ab Ordinario, non inferitur quod Episcopo sit ablata potestas ordinaria in non exemptis: Milinus dec. 48. num. 4. nec exempta Ecclesia exempti sunt Parochiani, cap. Per exemptionem 9. de privil. in 6. cui adde Carolum Marantam cum pluribus contrav. lar. to. 4. responsi. 21. num. 61. & 67. tamen exemptio Ecclesie includit & arguit exemptionem Beneficii in ea existentis: Duran. dec. 92. num. 18. Otthobon. decif. 125. num. 1. & de exemptione Beneficii videnda Rota decif. 157. p. 6. recent. de Rub. pag. 293. Et hæc eadem de causa, exemptione data à solutione tributorum, Ecclesia & Ecclesiastica persona tamquam sponsa familiarisque Christi tali exemptione gaudent, ex eodem Rubis d. p. 6. recent. dec. 339. n. 17. & eadem de causa, exempta plene persona, res etiam eximuntur, Sperell. dec. 135. n. 61. tom. 2.

Observantia tamen exemptionis, si fuerit circa diversa capita, ex eo quod observata fuerit circa unum, non eximit circa alia: Rota dec. 34. nu. 3. p. 4. divers. Tond. de Sanleg. in quæst. & resol. benef. cap. 6. numer. 12. nec fit adific confirmatio Apostolica præcedente transactione cum clausulis exuberantissimis, extenditur ad non contenta in petitione Partium; cum non sit verisimile Papam vultuisse concedere partibus plusquam eorum petito continebat: ut optimè ratiocinatur Sanleger. in quæst. & resol. benef. p. 1. cap. 62. n. 16. ubi m. 5. dicit, quod licet ea ratione possit Capitula exempta visitare Episcopus, non tamen per hoc potest procedere in forma Judicii, nec processum formare, nisi forma servata transactionis, seu exemptionis: Rota dec. 168. p. 1. recent. Ratio verò omnium supradictorum ea est, nam cum hæc exemptiones Principis rescripto dentur, odiosæ sunt, & restringendæ, ad differentiam illarum, quæ à lege conceduntur, quæ favorabiles sunt, extendendæ: latè Franc. Tondur. de Sanleger. in quæst. & resol. Civil. cap. 26. num. 7. deducitur ergo, exemptiones Adjunctorum com-